



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

enarratio 25 cap. festus ergo art 25

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

respondit. De his tribus Paulus differuit, quoniam
 contra iusticiam ex incontinentiā Felix coniugem istā
 adeptus fuit. Quod & ipse cognoscens non immerito
 contremuit, audito quod a deo esset iudicandus, sed nō
 tetigit eum spiritus sanctus complete, nec conuertebat
 ad fidem, sed dixit. Quid nunc attinet loqui? De his
 Quasi dicat. Non ideo te vocavi vt tractaremus de istis
 Vade: Tempore enim opportuno accersiam te. Simul
 & sperans quia pecunia daretur a Paulo quem vidit
 tot spiritalem hominum patrem, a quibus putauit eū
 plurima collegisse propter quod & frequenter accer
 siens eum, loquebatur cum eo. vir cupidus & volupta
 tibus deditus, atq; ob id ad Euangelicā sapientiā susce
 ptionem indispositus & indignus. Biennio autem ex
 pleto accepit successorem Felix Porcium Festum. Hoc
 de biennio conuersationis Pauli in Cæsarea, non præ
 sidentia Felicis Beda exponit, in Scholastica tamen hi
 storia dicitur quod nondum fluxerant duo anni ex q̄
 Paulus venit Hierusalem, iccirco ibidem exponitur de
 biennio ab accusatione, qua Iudæi accusauerunt Felicē
 apud Neronem imperatorem, & biennio ab accusatio
 ne ista expleto, amotus est a præsidatu, & substitutus
 est ei Festus. Volens autem gratiam præstare Iudæis
 Felix, reliquit Paulum vinctum. vt per hoc in fine præ
 sidatus sui placet Iudæis.

¶ Expositio capituli. XXV. Festus
 ergo.

Articulus vicesimus quintus.

Festus ergo cum venisset in prouinciam. Iudææ,
 seu Syriæ Palestinæ cui præses fuit directus post
 triduum ascendit Hierosolyman. videre regiam
 urbem atque metropolim Iudæorum, & forte ob alias
 causas. a Cæsarea. Palestinæ de qua sæpe dictum est
 adieruntque eum principes sacerdotum. vt Paulū
 ad eos transmitteret, volentes eum in via extinguere.
 Festus autem respondit seruari Paulum in Cæsarea,
 se autem maturius profecturum. id est, tempore op
 P

IN ACTA APOS. EXEG.

portuno ad Cæsaream descensurum. Deinde L descendi-
 dit Cæsaream & sedit pro tribunali, & iussit Paulū ad-
 duci. Quo adducto L circumfeterunt eum Iudæi. Qui
 cum Festo contra eum a Hierusalem descenderūt L mul-
 tas & graues causas obijcientes, quas non poterant pro-
 bare. Paulo autem rationem reddente, dixit ei Festus:
 Vis Hierosolymā ascendere, & ibi de his iudicari apud
 me? Dixit autem Paulus. Ad tribunal Cæsaris sto. Iga
 & tribunal Festi fuit imperatori subiectum, & vt aliq-
 dicunt Paulus stetit apud quandam sedem quam Hero-
 des parauerat Cæsari, si quando ibi ventret, vt reside-
 ret i ea, vel iudices mitteret L vbi. Vtpote apud Cæsa-
 rem L oportet me iudicari. Cæsaream appello. Iqd ideo
 fecit Apostolus, vt prædicationi Romæ insisteret, et qa
 ad Christus sibi prænunciavit. L Tunc Festus cum concilio
 locutus, respondit. Cæsarem appellasti, ad Cæsare
 ibis. Et cum dies aliqui transacti essent Agrippa rex L
 filius Herodis Agrippæ ab angelo percussus vt dictum ē
 L & Beronice L quam Beda vocat sorore Agrippæ. qd
 secundum Hebræū idioma accipiendum esse dicit Scho-
 lastica historia, quia fuit cognata Agrippæ, & aliqui
 asserunt quod fuit vxor ipsius, vel quasi vxor, qa max-
 ime diligebat eam, habuitque nomen quod ea abutere-
 tur L descenderunt Cæsaream ad salutandum Festum.
 Qui indicauit regi de Paulo dicens. Adierunt me prin-
 cipes sacerdotū i Hierosolymis, postulātes aduers^o illū
 dānationē. Ad quos respondi, quod non est Romanis
 consuetudo damnare aliquem hominem, priusquam is
 qui accusatur præsentis habeat accusatores, locumque
 defendendi accipiat, ad abluenda crimina. Iquæ ei ob-
 ijiuntur. Lex ista valde rationabilis fuit & pia, non
 enim leuiter damnandus est aliquis, nec omni creden-
 dum spiritui, sed audienda est altera pars, & causa
 vtriusque diligenter tractanda, responsio quoque
 partium aduertenda. L Quæstiones quasdam de sua
 superstitione habebant aduersus eum. I scilicet, Paulum
 L & de qdā Iesu defūcto, quē Paul^o affirmabat viuere. I
 Festus iste tanq̄ hō gentilis legem seu ritum Iudæorū

superstitionem quandam putauit. L Paulo autem ap-
pellante vt seruaretur ad Augusti cognitionem J id est
vius mitteretur ad imperatorem, & audiretur ab eo
L iussi seruari eum J. Romani autem imperatores ab
Cetauiano potētissimo iperatore qa rem publicā maxi-
me auxit, atque ob id Augustus vocatus est, nomen Au-
gusti sortiti sunt. L Agrippa dixit. Volebam & ego ho-
minem audire. Altera die cum venisset Agrippa & Ba-
ronice cū multa ambitione J id est, cum grādi appara-
tu & fastu L iubente Festo adductus est Paulus. J &c.
L De quo J Paulo L quid certum scribam J ego Festus
L domino J imperatori Neroni L nō habeo. J &c. L Si-
ne ratione enim J id est, irrationabile L mihi esse vide-
tur, mittere vinctum J ad iudicem L & causam eius nō
significare J verbis aut scriptis.

Expianatio capituli XXVI. Agrip-
pa vero ad Paulum ait.

Artic. XXVI

Agrippa vero ad Paulum ait. Permittitur tibi
log pro temetipso J id est, damus tibi licentiā
te excusandi veridice. L Tunc Paulus extenta
manu J more concionantium, & vt verba eius diligen-
tius auscultarentur L cœpit rationem reddere dicens.
De omnibus quibus accusor a Iudæis rex Agrippa me
æstimo beatum J id est, innocentem, vel beatitudinem
quandam adeptum L apud te, cum sim defensurus me
hodie J Quia cum sis noticiam legis habens, coram te
tamq̃ viro perito libentius respondeo L maxime sciēte
te omnia J saltem in gñe L quæ apud Iudæos sunt con-
suetudines & quæstiones. Propē qd obsecro pacienter
me audias. Et qdem vitā meā J &c. i. qliter a iuuentute
inter Iudæos i Hierusalē vixi. L sciūt Iudæi, qm̃ secundū
certissimā sectā nr̃e religionis vixi Phariseus. J Secta
aut̃ Phariseorū famosa atq; notissima fuit. Connume-
rat quoq; Apłus se Iudæis, dicēdo, nostræ religionis, vi-
del. Iudæismi seu veteris testamenti, loquēs de se p̃ tpe
iuuentutis suæ. L Et nunc in spe repromissionis J